



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita Beati P. Philippi Nerii Florentini. Congregationis
Oratorii Fvndatoris**

Gallonio, Antonio

Mogvntiæ, 1602

Multis vita functus appetet.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43172

ctioni responderet euentus, anno
Dominii millesimo quingentesimo
nonagesimo quinto.

Iesu Christi anno
1595

Clem. VIII. Pap. anno
4

Multis vita functus apparuit.

*Ei mures
inuratos te-
stes duos
habemus.*

EO ipso momento, quo Philip-
pus expirauit, multis ostendit
fese.

Virgini cuidam, quæ pietatem
egregiè sequitur, se simulac è vita
decessit per somnium obtulit: sed
feminæ de nescio quibus scrupulis
sermonem cum eo in longius pro-
trahenti; sine me, ait, in itinere e-
nim sum; satis iam, & plusquam sa-
tis illi (alumnos suos significabat)
me remorati sunt. Hęc effatus subli-
mis abiit.

*Id prater
eam Virgi-
nem duo
alijs sacer-
dotio pra-
dicti sacra-
mento te-
statis sunt.*

Hora eadem, atque etiam pun-
cto temporis eodem Virgo altera
Deo sacrata vidi in quiete Beatum
Patrem candida veste indutum, cæ-
lesti micantem luce duos inter iu-
uenes

uenes medium, qui sibi diceret, ego
vt vides ad meorum laborum præ-
mia in cælum euehor: tu ergo cura
pro viribus; vt quam cœpisti vitæ
rationem, ad obitum vsque teneas:
idenim si feceris, eiusdem mecum fe-
licitatis particeps eris: nec est quod
metuas, ego pro te Dominum pre-
cabor assidue: & his dictis, ab oculis
abijt. Tū virgo somno excita simul
admirabunda, simul læta ubi diu-
tius, quid id visum portendat, fru-
stra secum animo agitat; tum de-
mum quod reliquum erat noctis
tota in eius rei cogitatione defixa
traducit insomnis: sed albescente
die, vt nuntius venit, qui diceret
Philippum ea hora obiisse, qua Vir-
gini oblata fuerat visio, intellexit
mox femina quid nocturnum vi-
sum monstraret: Quamobrem hila-
rior facta Philippum ex eo die tan-
quam sanctissimum virum Beato-
rum cœtui iam ascriptū magis, ma-
gisque suspexit.

Vitælib. 3.

Dd

Vir

Totam rē
is ipse pu-
blico testi-
monio con-
firmauit.

Vir quidam pietate nobilis, cuius nomen, ne eius modestiam offendam, silentio prætereo, qui in vna ex Ciuitatibus Italiæ domicilium habet, quæ ab Vrbe millia passuum circiter centum distat, hic eodem momento, quo Philippus cessit è vita, incertum initio, vigilans, an somnians, Beatum Patrem dilucide perspicuèque vidit, qui sibi diceret, pax tibi frater, augustiorem in locū mihi nunc iter est: vix hæc effatus erat, cum is somno experrectus, haud iam dubitans quin non dormiret, eundem sibi videre videbatur, qui læta fronte, ac vultu, illas frequenter iteraret voces, augustiorem nūc peto locum, ad amœniorem locum nunc pergo: & his dictis ex oculis elapsus est.

Corpus in Ecclesiam aduehitur.

PHilippi interea corpus de mōre lautum, ac sacerdotali vestitu rite indutum Patrum humeris ad

Ec-